UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hercvles Prodicivs Sev Principis Jvventvtis Vita Et Peregrinatio

Pighius, Stephanus Vinandus

Coloniae, 1609

In Illustrissimi Principis Juventutis Caruli Friderici Ducis Cliviae, Juliae, Montium, &c. coenotaphium à Corona Pighio clementissimo domino suo positum Epigramma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13033

Visual Library

IN ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS JUVENTUTIS CARULI Friderici Ducis Cliviæ, Iuliæ, Montium, &c. cœnotaphium à Corona Pighio clementiſſimo domino ſuo poſitum Epigramma.

1. Principis defuncti imago: in toga ducali poſtrata jacens.

2. Lumen vitæ extinctum immature: Fax ſubverſa flammis in terram eliſis.

3. Curſus honorum interruptus: Rota confracta.

4. Eccleſia lugens: Sedet in habitu luctus, ædiculam ſacram in ſinu tenens.

5. Roma condolens: Virago ſtans in habitu militari, ut Amazon, in ſago & ocreis,

*ocreis, habens geleam, ha-
ſtam, & parazonium.*

6. *Tyberis fluvius adjacens, cu-
jus eſt nota Romulus &
Remus gemini ſugentes u-
bera lupæ ad Tyberis ri-
pam inventi.*

7. *Ara pietatis , in qua ſummi
Pontificis manus, gladius
aureus conſecratus cum
tyara.*

8. *Provincia ſubdita plangens,
cujus ſunt notæ, corona
turrita, & copiæ cornu de-
poſitum ad aram.*

9. *Columna fortitudinis Dorici
operis, ad quam reclinant
Principis arma.*

10. Rhe-

10. *Rhenus bicornis incumbens dolio, vitea corona cincto, & Bacchi tyrſum tenens propter vini copiam quam Rhenus producit; ideo & navis doliis onuſta adeſt. Ejus nota, puellus galea & clypeo armatus, equitans in hippopothamo, vel equo fluviatili; genuinum Rheni nomen ab equitando Germanicè dicti (quòd militia claros nutriat populos) partim ſignificans; partim etiam vetuſtiſſimum Rheni accolarum morem demonſtrans: qui recens natos liberos ſuos in Rheno flumine ſolebant ex-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

explorare clypeo vel galea impoſitos; fluitantes atque natantes, ut legitimos amplecti & educare, ſubſidētes autem velut ſpurios, & adulterinos deſerere, & abjicere. Qua de cauſa Græci Rhenum Ζηλώμονα, id eſt, Zelotypum appellare ſolent. extat vetus Epigramma Græcum, quo mos iſte Celtarum eleganter deſcribitur. Meminerunt item pulchrè Gregorius Nazianzenus, & Claudianus poëta.

11. Roma urbs.

12. Septimontium ad Rheni ripam in Bergenſi Provincia.

13. Ba-

13. Bataviæ caput ad Rheni cornua, juxta quæ ſedes antiquiſsima Principum Cliavienſium.

Præ-